

141
pro se uno scutero et duobus equis secum in huiusmodi nostro
servicio moraturo, ad rationem de gravis auri sedecim inter ho-
minem et equum per diem, iuxta assisiam curie, quousque in offi-
cio ipse fueris, de pecunia proventuum iusticiariatus ipsius tibi debeas
retinere. volumus etiam et mandamus, ut uni iudici propter im-
minentem caristiam, ad rationem de unciis auri viginti quatuor
ponderis generalis per annum, et notario actorum cum eodem iu-
sticiario per nostram curiam ordinatis, ad rationem de unciis
auri sedecim dicti ponderis per annum, pro salario eorum de pe-
cunia proventuum officii dicti iusticiariatus una cum eodem iu-
sticiario debeas exhibere et ab eis inde recipere cum eodem iusticia-
rio ydoneam apodixam. Dat. Capue viii february ^{xvii} ciii
indictionis regni nostri anno quinto.

~~Regium Regium v. 15, fl. 62, 129~~